



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 73. Jacobi Corradi Ferrariensis Cardinalis vita & decessus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](#)

Sæc. XVII. ligionis Regnique salutem religiose quæ  
A.C. 1666. sivit. Denique die decima septima  
Augusti Laurentius Adamus Comes de Törring Ratisbonensis Episcopus in  
sua arce Bertensteiniana vivis valedixit,  
cui successit Guidobaldus Comes de  
Thun Salisburgensis Archiepiscopus,  
postea S. R. E. Cardinalis.

## §. LXXIII.

*Jacobi Corradi Ferrarensis Cardi-  
nalis vita & decessus.*

*Claeon. in  
vita Innoc. X.* Hunc pariter annum vitæ suæ exiti-  
lem habuere quinque Purpurati,  
quos inter primus erat Jacobus Corra-  
dus Ferrarensis, qui ob eximiam  
utriusque jurisprudentiæ scientiam,  
spectatam religionem & in sententia  
dicenda constantiam ab Urbano VIII.  
sacræ Rotæ Auditor, ab Innocentio X.  
Cardinalis, & Æsinus Præful, ac de-  
mum ab Alexandro VII. Datariæ Apo-  
stolicæ Præpositus nominabatur, quo  
in munere, dum nec potentum favore,  
nec adversantium timore ab æquitatis  
femita dimoveri posset, sed cunctis af-  
fectibus unicam de Catholica Ecclesia  
benemerendi laudem præponeret, in-  
gens sibi nomen comparabat: tandem  
vero laborum assiduitate fractus, Romæ  
die decima septima Januarii ætatis suæ  
anno

anno sexagesimo quarto pientissime Sæc. XVII.  
obiiit: Egregius erat divitarum con- A.C. 1666,  
temptor, & pauperum æquique ama-  
tor, ab affinium amore tam alienus,  
ut facultatum suarum hæredes nonnisi  
Transpontinam tituli sui Ecclesiam, &  
Xenodoxium S. Mariæ ex aſſe institueret.

### §. LXXIV.

*Marcus Antonius Franciottus Car-*  
*dinalis mortuus.*

Sequentis Mensis die nona Corradi  
vestigia pressit Marcus Antonius <sup>Vit. Siri  
in Hist.</sup> Franciottus patria Lucanus, qui puer  
adhuc singularia pietatis specimina  
edidit, ac ſæpe ſolus remotisque ar-  
bitris e lectulo surgere, positisque humi  
genibus ad Deum ferventissimas preces  
effundere viſus eſt, foemina quoque  
impudicam in ſuum conclave immiffam  
impacto in faciem colapho fugavit, ex-  
ortasque inter Bononienſes Academicos  
diſſenſiones ſenili prudentia composuit.  
Harum virtutum fama Romam delata,  
a Paulo V. Protonotarius, a Grego-  
rio XV. Fabrianus & Faventinus Præ-  
tor, ab Urbano VIII. Cameræ Apoſto-  
licæ Clericus, & Auditor, necnon An-  
nonæ Præfectus nominabatur: Emi-  
nuit in eo æquitatis amor, quo inci-  
tatus omnes benigne auſcultabat, nec  
ullum